

hunc pretium, & pro hoc immissionem petere, sed  
reos Comites, & correos debendi, per text. in leg. 3.  
versio. fin. de duobus reis, & late Ronchegall. in tractat. de  
duob. reis consituendis, ad dict. l. 3. versio. fin. numero 14. &  
seqq. salutis obligationibus in omnibus punctis,  
absoluendos: ita tamen, ut satisfiat nunc & in po-  
sterum Actoribus de redditibus in interesse & da-  
mnis: Cum refusione expensarum: Iniquum esset,  
crebris litibus & mora soluendi vexari, tamen o-  
nus expensarum simul ferre.

## Saluis votis aliorum.

D.N. Actum ex Empto: Quoad pensiones re-  
sidualas, eam probatam: Quoad fortē, etiam pos-  
set videri probatam: per clausulam obligationis,  
vt nisi soluatur, immissio petatur, donec summa  
capitalis soluta sit. Sed putat hoc pactum vseram  
sapere, vt per verba der Pollicy Ordnung / de An-  
no. 48. & Gail. obseru. 7. num. 12. lib. 2. Et hoc siue ta-  
le pactum, tacite & inuolute id operaretur, si va-  
lidum esset, Imò hoc ipsum pactum fortius &  
acrius urget & compellit venditorem ad reluitio-  
nem fortis, quam si candem vendicaret, expres-  
se promisisset eandem reddere: text. & Dd. in  
Lis cui. §. misi. & §. qui legatorum, vt in poss. lon. legat. ser-  
uand. caus. esse lic. Ideo hoc pactum nullarum viriū  
est, & per consequens, quoad hunc punctum, sci-  
licet Sortis seu capitalis, Reos absoluendos puto.  
Quoad punctum residualium casuum, & intere-  
sse, &c. eam elisam putaret, si Reus realiter obtu-  
lisset, vel in euentum obsignata deposituisset pe-  
cuniam. Sed quia id non factum, saltem ex officio  
præfigendum ei terminum putat, intra quem ob-  
lationi sua verbali realiter satisfaciat, cum com-  
minatione, si id minus fiat, vt ad instantiam ad-  
uersarii fiat, quod iuris est.

D.N. Concludit cum Referente, ita tamen, vt  
in sententia exprimatur, vt iam & in posterum  
congruo tempore & loco, iuxta obligationem,  
soluatur pensio annua, Reum plane in omnes ex-  
pensas & damna condemnando: Et sic non opus  
erit illa præambula, de qua Dn. Referēs: Quia sen-  
tentia eo modo concepta, hoc ipsum dictabit.

D.N. & N. Concludunt cum Referente. Quo-  
ad formam sententiae, puto, propter confessionē  
debiti, ratione redditum, absolvitorum esse iudi-  
cium siveque potius exprimendam absolutionem,  
quam cōdemnationem, propter oblationem so-  
lutionis eius quod debet, cum omnibus damnis  
& interesse. Posset tamen condemnatoria respe-  
ctuē subiecti, propter expensas, damna & inter-  
esse, & vt Rei in posterum maturius soluant. Et  
per Executoriales commodius subueniri possit.

## Forma Sententiae.

Si allem fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß  
die Klage von angestellter Klag / doch den beyden  
Schulduerschreibungen sonst in all ander Wege dar-  
durch nichts benommen/ zu absolvieren vnd zu erle-  
digern. Aber den Herrn Klägern die von dem Jahr  
74. bis dahero verfallene/ vnd noch vnentrichte/ auch  
alle künftige Jahrs Gültien der 2000. fl. bis auf wi-

der Ablösung der 4000. Gulden Kauffsummen/  
jährlich/ wie sich Kraft gedachter Gültverschreibungen  
gebürt/ vniuzuglich zuerlegen vñ aufzurichten schul-  
dig seyn/ Als wir sie hiemit respectue absoluieren/ er-  
ledigen: Und verdamnen sie beklagten in die Gerichts-  
kosten deshalb außgelaufen/ jusampt die erlittene  
Schaden/ vnd alles Interesse, ihnen Klägern nach  
rechtlicher Messigung zubezahlen völlig ertheilend.

Aliter, atque hoc modo pronun-  
ciatum.

In Sachen/re. Ist allem fürbringen nach zu Recht  
erkannt/ daß gedachten Beklagten/ermelten Klä-  
gern die vñ dem Jahr 74. bis dahero verfallene Zins/  
beder in Actis fürbrachten Hauptverschreibungen  
zuerstatten/ dergleichen auch hinfuro/bis zu gänzlicher  
Widerlösung zuerzinsen/ darzu alle Kosten/ Schä-  
den vñ Interesse, auf rechtliche Messigung zuentrich-  
ten vnd zubezahlen schuldig/ als wir sie auch zu diesem  
allein hiemit condemnieren und verdammen/ und sol-  
ches in contumaciam.

## V O T V M VII.

In causa N. Contra T. X.

## S V M M A R I A.

- 1 Intentio Actricis directa est ad hoc, vt libellus valeat.
- 2 Actio ea competit non solum cum tota hereditate, sed & cum pars sive portio eius petitur.
- 3 Renunciati nullus ulterior datur regressus ad ea, quibus renunciavit.
- 4 Renunciatio dicitur in pactum abiisse, ideoque ab eo non recedendum.
- 5 Pactum de repudianda successione viuentis vt valeat, quae requiruntur.
- 6 Pacto quis preuenire potest, ne sibi aliquis succedat.
- 7 Renunciatio omnium rerum, etiam futurorum, vallet.
- 8 Volenti non sit iniuria.
- 9 Renuncians se obligare censetur ad non petendum.
- 10 Promissio iurat, & licet in heredem, quo ad periuiri obligacionem non transiant, ad reatum tamē, quo ad observantiam, sicut & alijs contractus, obligant heredem,
- 11 Insurandum accedens pactum, magis corroborat, & adstringit, & in heredem derivat.
- 12 Heres iurantis fidem & contractum ei, cui iuratum est, seruare tenetur.
- 13 Decedente aliquo fine ascendentibus & descendentiis, ad eius hereditatem vocantur fratres & sorores.
- 14 Pactum reseruatum non interpretandum, vt ius commune ledatur, & cum damno alterius, alius indebet lucrum accipiat.
- 15 Disparitas inter sorores renunciantes non presumitur, ideoque interpretatio ex alterutrius renunciatione sumitur.
- 16 Consuetudinem allegans conuenit eam probare.
- 17 Conditionem semel existere sufficit, licet non in ignorante, immo ratione suitatis etiam duret.
- 18 Exclusio omnis debet intelligi perpetua.

- 19 Decisio cause huic rotius unde penderet.  
 20 Renuntiationem hanc sub modo & tempore incerto  
     & suspensiō factam esse, quibus verbis probetur.  
 21 Renuntiatione qualiter facta.  
 22 A Renuntiatione pura & absoluta licet alias non de-  
     tur regressus, tamen hic secus sit.  
 23 Renuntiations sunt stricti iuris, & in eis non veniunt  
     nisi quo expressa sunt.  
 24 Contractus virtus ad aliud se non extendit, quam ad  
     eum qui expressus est.  
 25 Renuntiatione in uno non inducit exclusionem in alio.  
 26 Renuntiations legibus & naturae aduersantur, repu-  
     tanturque pro odio suis.  
 27 Odi & restringi debent, non ampliari.  
 28 Fauorabilis potius in redubia assumi debet, quam o-  
     dioosa.  
 29 Iuramenti natura est, confirmare quod actum, & non  
     ad aliquid extendere.  
 30 Renuntiatione habens formam specificam suspensiōnem,  
     quid operetur.  
 31 Forma specifica suspensiōnem est obseruanda, ne ultra  
     suam intentionem obligentur contrahentes.  
     Ea enim tanquam causa finalis, & solennitas contra-  
     clus, qua dat esse rei. n. 32.  
 33 Renuntiatione in hoc casu facta, non excludit renuntia-  
     tem simpliciter, sed certo modo, & per existentiam  
     quarundam personarum, &c. Verba, quibus id o-  
     fenditur, qua. n. 34.  
 35 Renuntiatione temporalitatem habētes, ad exclusio-  
     nem perpetuam trahere permisum non est.  
 36 Donatio, vt post mortem donatarij res restituatur, va-  
     let. Quod etiam ad tempus certum vel incertum sie-  
     ri potest. ibi. n. 37.  
 38 Pactum de non petendo aliquibus hereditibus factum,  
     non prodest aliis cohereditibus.  
 39 Renuntiationis causa expressa, sauro scil. conserua-  
     tionis familia & agnationis, restringitur ipsa re-  
     nuntiatione.  
 40 Limitata causa, limitatum producit effectum, & ex-  
     clusio debet restringi ad eius causam.  
 41 Argumentum à cessatione cause renuntiationis sumi-  
     tur ad cessationem effectus eiusdem.  
 42 Causa renuntiationis summaria que.  
 43 Paria sunt, non esse causam, & eam finitam esse.  
 44 Filia ex causa successione patris ob masculos his des-  
     cendentibus, admittitur.  
 45 Tam statuto, quam pacto, & partium conventionibus  
     sicer potest, vt filia semina dotata non succedat quo-  
     usque vel donec superuerit masculus. Sed feminas  
     taliter, semel per masculos exclusive, non perpetuo ma-  
     nent exclusa, sed finita masculina linea regressum  
     habent ad petitionem renuntiatam. ibid. num. 46.  
     Idemque obseruari, si eiusmodi dictiones proferan-  
     tur à contrahentibus, vel testatore. ibid. n. 47.  
 48 Verba in omni dispositione & contractu non otiosa  
     esse, sed aliquid operari debent. Imo nedum mini-  
     mum quidem verbum sine virtute aliquid operandi  
     esse debet. num. 49.  
 50 Verborum illorum, donec superest masculus. &c. ef-  
     fectus quis.
- 51 Verborum illorum: donec masculi extant, intellectus  
     quis.  
 52 De una persona & re male infertur ad aliam perso-  
     nam & rem.  
 53 Nota verba; illa renuntiationis, Verzeihe ich mich  
     aller angezeigter Erblichen Gerechtigkeit / was  
     vnd wie viel mir Väitterliche Mütterliche / vnd  
     Brüderliche Erb gebüret / vnd künftiglich vñ  
     Mannstammen absteigender Linien / gebüren  
     möcht. &c.  
 54 Ius ex N. renuntiatione suspensum, in neptem trans-  
     mitti potuisse, & transmissum esse, vnde pater.  
 55 Defectus quiescuntque non est in iure deferendi, sed  
     est suspensio iure agnoscendi, vel petendi, ibi lex dis-  
     penſat, vt fiat transmissio.  
 56 Onus suspensionis non admitt vel priuat. Et aliud est  
     suspendere, aliud tollere.  
 57 Heres suis iure veteri & nono hereditatem, beneficio  
     suitatis transmittere potest, etiam infans, paternam  
     hereditatem non aditam, in quo cuncte etiam ex-  
     traneos, transmittere potest. ibid. n. 58.  
 58 Reis, qui non minus in subsidium sue intentionis, eius  
     loci consuetudinem atque actor allegat, probationis  
     onus incumbit.  
 60 Fructus in hoc petitionis hereditatis iudicio veniente  
     iure & ex natura actionis, non officio iudicis.

**N**Vllitatem in priore instantia commissam  
 esse nō video. Iudicium enim & iurisdictionem  
 ex omni parte fundaram, & recte, licet suc-  
 cincte, seruatis tamen substantialib. s processum  
 esse putō, prout nec in deductione grauaminum  
 vlli nullitatis haud facta men. io.

In procuratoriis nihil deficit, nec Aetrix insci-  
 tatur, Reos, tanquam legitimos tutores, defenso-  
 res, & administratores honorum, suo ē liberoru.,  
 in vtraq; instantia ius in se luscipicēdālitis habui-  
 se, eoq; nomine recte constituisse procuratores.

Formalia sunt iusta. Lata enim sententia 9. Feb.  
 Anno 75. statim in continentis est appellatum vi-  
 ua voce ad Cameram Imperialem, praetito iura-  
 mento Appellationis, da: isque Apostolis reue-  
 rentalibus.

Instituta est hereditatis petitio contra Appel-  
 lantes, tanquam detē atores, nomine suorū libe-  
 rorum, portionis hereditariae, ad Aetrix spe-  
 ciantis, quam suis maioribus, à tempore renū-  
 ciationis Auiæ Margarethæ, sub conditione suspen-  
 sionis, seu potius sine conditione, sed quadā suspen-  
 sione, vt per Bart. in l. fin ad Tertul. debitam fuisse, &  
 iam per existentiam eius conditionis, pure ad se  
 spectare assentitur: vt intelligi potest ex conceptis  
 verbis & mente libelli, eiusq; petione: nec non  
 contradictione Reorum. Ibi enim Aetrix in effe-  
 ctu assentit, se heredem portionis auiæ competen-  
 tis de bonis proaui & proauiæ. Hic vero id ius pla-  
 ne negatur. Adiuuatur ea formalibelli, ipsa clau-  
 lula salutari, ei annexa, que (vt constat) effectu ca-  
 rere non debet. Accedit quod principi, aliter in iā  
 dictum finem & effectum Aetrix inten. i. t di-  
 recta est, quod ipsum maxime attenditur, ad hoc,  
 vt libel.

vt libellus subsistat, l. licet, l. non solum, petit hered.  
Abb. capit. 2. de libelli oblation. Couarru. practic. questio.  
2 capite duodecimo, num. 1. Et competit ea aetio, t non  
solum cu tota hereditas, sed & cum pars, siue por-  
tio eius petitur, l. regulariter, cum l. seq. de petit. hered.  
l. 2. & per tot. cit. si pars hered. pet.

Actionem probatam, minimeque per Reos e-  
lisam censeo.

Licet enim obiciatur, renunciatum esse heredi-  
tati paternae, maternae, fraternae, medio iuramen-  
to, sive nec Margaretha, nec ipsius heredibus,  
ad renunciatam hereditatem aditus pateat, cum  
3 renunciati t nullus ulterius detur regressus, ad  
ea, quibus renunciauit, l. si quis in conscribendo, Codic.  
de Episcopis & Clericis. Idque maxime virtute praestiti-  
ti iuramenti, notatur in cap. cum contingat, deureur.  
4 c. quamuis, de pact. in 6. Renunciatio enim t dicitur  
abiisse in pactum, ideoque ab eo non recedendu.  
5 Bald. consil. 4. 37. vol. 1. Prout & pactum t de repudi-  
anda successione viuentis, valer, quoad repudian-  
tem, consentiente illo, de cuius successione agitur  
(vt nostro calu liquet) Dd. in l. vlt. C. de pact. l. stipula-  
tio hoc modo, de verb. oblig. praelertim quando aliquid  
6 pro eo acceptum est: quia potest t quis praeueni-  
re pacto, ne sibi aliquis succedat, dato pro hoc a-  
liquo inter viuos, Bald. consil. 1. 48. n. 7. volum. 1. Sed re-  
7 nunciatio t omnium iurium, etiam futuro ual-  
let, Bald. l. 1. vbi Alciat. circa fin. & communiter Dd. in l.  
8 pen. l. cum proponas, C. de pact. Nec volenti t fit iniuria;  
l. cum donationis. 3. 4. C. de transaction. l. 1. de li. hom. exhib.  
9 Et renuncians t censetur se obligare ad non pe-  
tendum, Bart. in lege, ubenius, Codic. ad Velleian. Ca-  
nonist. in capit. peruenit, de empt. & vendit. Heinrichman.  
consil. 1. num. 10. 8.

10 Deinde, licet iuratæ promissiones t in herede  
non transeant, quoad per iurii obligationem, ad  
reatum tamem, quoad obseruantiam, sicut alii co-  
traetus, obligant heredem, l. 2. C. de pact. inter empt.  
& vend. l. stipactum, de probation. tot. titul. vt actio ad he-  
11 red. & in hered. Iuslurandum enim, t accedens pa-  
ctum, magis corroborat & adstringit, & in here-  
rem deriuat, Dd. in capit. veritatis, de iure iurand. Bald.  
Castrens. in lege, gregi legato, de legat. 1. Bal. in lege prima.  
C. de pact. Bart. in leg. generaliter, Cod. derebus credit. Et  
12 deber heres iurantis t fidem & contractum ser-  
uare ei, cui iuratum est, late Couarruias in cap. requi-  
fisi, n. 2. in fin. de testam. & in cap. quamvis pactum, de  
pactis in 6. part. 1. select. §. 3. n. 3. & 4.

Tertio: Et clari iuris sit, quod decedente aliquo  
13 sine t ascendentibus & descendantibus, ad eius  
hereditatem vocentur fratres & sorores, per tex-  
tum expressum in Nouell. de heredibus ab intestato veni.  
§. restat, & §. ita demum. Inflit. de hereditat. qua ab intestato  
l. 2. §. proximum, de suis & legit. hered. prout nostro  
casu Reorum coniuges iunctæ sunt Adamo fratri  
defuncto, secundo gradu: Aetrix vero quinto, li-  
nea transuersalis.

Quarto: Idque pactum reseruatum presuppo-  
nat proximitatem, & habeat conditionem, nisi  
proximiores existant. Nec id interpretandum sit,  
14 vt tius commune laedatur, & cum damno alterius

alius indebit lucrum accipiat. Bar. in l. omnes popu-  
li, q. 6. de iust. & iure. Quod hic contingere, si pro-  
ximiores sorores à remotiore cognata excluden-  
tentur.

Quinto: Non presumenda disparitas t inter  
sorores renunciantes Margaretham & Annam,  
nec unam magis dilectam a patre, sibique minus  
prospexit, quam altera, sed pariformiter sua iura  
cessisse fratri & eius heredibus; ideoque interpre-  
tationem sumendam ex alterutrius renunciatio-  
ne. Cum itaque Anna expensiорibus verbis, & a-  
pertius, qualitatem cessionis edixerit, ibi: Ob sich  
aus väterlichs/mütterlichs vn brüderlichs Erbs &c.  
ander Erbfall begeben/ das sie wollt unverzigen seyn:  
merito hinc intellectus mutuari deber.

Sexto: Allegante consuetudinem t covenit 15  
eam probare, notis est iuris. Sed Ducatus Bauariae  
allegata consuetudo, qua dicuntur, remotiores ta-  
li casu habere regressum cum proximis gradu, ab  
Aetrix minime est probata; Ergo nihil relevat  
dicta consuetudo ad decisionem causæ, sed relin-  
quitur dispositioni iuris communis.

Septimo: Bona hereditaria, de quibus hic dis-  
ceptatur, non posse dici bona Aui Sigismundi.  
Postquam enim hereditas adita est per filium An-  
tonium, & eo defuncto, per nepotem Adamum,  
dicenda erit Antonij, & deinde ipsius Adami, po-  
strem iam demortui, hereditas. Ideoque recte  
negatur. Reos quicquam detinere, quod ad Si-  
gismundi hereditatem pertineat, l. sed si plures, §. si-  
lio impuberi, de vulg. & pupill.

Octavo: Verba renunciationis habere condi-  
tionem, quia contineant tempus incertum, l. dies  
incertus, de condit. & demonstration. Sed Regula est,  
quod sufficit, t conditionem semel existere, licet 17  
non duret. Nam omnis exclusio t debet intelligi 18  
perpetua, l. seruus, de pen. Anch. conf. 220. n. 1.

Tandem iuris esse non obscuri (posito, quod  
d. Margaretha habuerit regressum) tamen sua iu-  
ra non potuisse transmittere in neptem, vt Bald. in  
l. 2. C. de lib. præter. circa fin. & Tiraq. de utroque retract.  
§. 1. gloss. 9.

Attamen nostræ renunciationis & pacti de no  
succedendo, perpœta causa, modo & effectu, facile  
liquebit, in contrarium adductas rationes & iura,  
huic nostræ hypothesi parum conuenire.

Siquidem litera & mens t utrinque productorū 19  
& recognitotum documentorum, à quibus vni-  
cet totius pendet causa decisio, vt puta transactio-  
nis, recessus Ducalis, renunciationis & reuersus  
pariformiter & simul, aliud nō continent, nec pro-  
bant, quam sub modo & tempore incerto & suspic-  
tivo, renunciationem factam esse, t hisce videli-  
cet verbis: Soll der Verzicht sie Margaretham vn  
jyre Erben ferrner vnd weiter n̄ binden/ dann vmb  
vnd für väterlichs/mütterlichs/auch brüderlichs Erb  
vnd Gut/ vnd so gemeldter Anthoni sein Sohn/ vnd  
deren absteigender Eini männlichen Namens vnd  
Stammens n̄t mehr vorhanden/noch im Leben seyn/  
vnd so lang derselbige in männlich Stamm berühret  
Eini wärct.

- 21 Hinc apparet, renunciatum fessi non absolu-  
te, pure & indeterminate, sed limitative, cum mo-  
do & suspensione sive reservatione quadam iuris  
competentis, tunc quidem habitu & potentia, iā  
22 vero ipso actu, ut Dd. loquuntur. Licit itaque fā re-  
nunciatione pura & absoluta nō detur regressus,  
tamen hic securus, cum de alia qualitate aperte con-  
stet, à qua non recedendum est. Sicut enim renū-  
23 ciationes fā stricti iuris, & in eis non veniunt, nisi  
quæ expresa sunt, & sane dicta, cum glossa, verb re-  
24 nere, in fin. de renunc. Et sicut contractus virtutē ad  
alium se non extendit, quam ad eum, qui expres-  
sus est, l. ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. oblig. l. ad  
probationem, C. de probat. Ita renunciatio in vno, nō  
25 exclusionem fā inducit in alio, l. fidomus, de seru. vrb.  
pradior. l. suum, C. de iure delib. l. i. §. videndum, de successo-  
for edit. Castrrens. conf. 86. n. 6. lib. 1.
- 26 Aduerſantur n. renunciations fā legib. & na-  
tura, proq; odiosis reputantur, Bald. in § itē Sacra-  
menta. n. 11. 12 de pace iuram firm. in vſib. feud. idem Bal.  
27 confil. 487. n. 2. circa med. lib. 1. Odia vero fā restringi  
28 debent, non ampliari: ideo in redubia fā fauora-  
bilis potius assumi debet, quam odiosa, l. cum qui-  
dam, de lib. & posib. l. quoties idem sermo, l. quoties nihil,  
de reg. iur. Cum itaq; nostro caſu non nisi inſpecta-  
leſt euentū, dum ſcilect masculina ſoboles & li-  
nea durauerit, renunciatiū ſit, non Oberit A&trici  
29 auia iuramenti. Eſt n. fā natura iuramenti con-  
firmare, q; od actū, & non extendere ad aliud. Dec.  
conf. 379. n. 12 circa fin. text. in l. ſi de certa. l. ſub prætex-  
tu ſpecierum, l. age cum Geminiano, C. de tranſact.
- Deinde attendendum, quod renunciatio no-  
30 ſtra fā habeat formam ſpecificam ſuſpencionis, vt  
videlicet ſuccelio in bonis paternis & maternis  
non de cur renuncianti Margaretha & eius ha-  
reibus, quamdiu ſuper eſt masculus: vel ſuccelio ſit  
penes fratrem, & deſcedentes masculos, donec  
tales in viuis fuerint. Quæ forma obſeruanda eſt,
- 31 ne fā vltra ſuam intentionem obligentur contra-  
henſes, l. Meuius, l. qui heredi, de cond. & demonſtr.  
Tirag. de retrat. proximior. §. 30. gl. 1. n. 9. & seqq. Ea e-  
32 nim, fā tanquam caſula finalis, & ſolemnitas co tra-  
etus, dat eſſe rei, Dd. in l. 2. §. fin. de vulg. & pupill. Tirag.  
de retrat. prox. §. 2. gloss. 1. n. 3.
- Accedit: tertio singulariter, quod renunciatio  
33 noſtra fā non excludit renunciantem ſimpliciter  
ab hereditate Sigismundi, ſed, ut dictum eſt, certo  
modo, & per exiſtentiam quarundam perſonatū  
& earum reſp. Et u, ac fauore agna- ionis, vt ad tē-  
pū impedit ſuccelionem. Id quod oſtentā vo-  
cabula, fā vnd ſo &c. l. em, vnd ſolangiū eſt, vbi, cū,  
quaſindiu, &c. de quibus habetur in l. 1. C. de legat. l.  
Titius filius mēs, de exuſat. tut. legiſ ſi quis ita legauerit. de  
cond. & demonſtr. Sed que temporalitatem habent,  
34 ad fā exclusionem perpetuam trahere permifſum  
non eſt, l. epiftola, §. fin. de paſt. quoniam Margaretha  
noſtra poſitionem ſuam, tam paternā, quam ma-  
ternā hereditatis fratri ſuo Antonio, certa lege,  
certiſq; rationibus reddiderat, quam poſitionem  
iam iure reperire poteſt, l. 2. 3. & 4. totoque tit. C. de  
donat. que ſub modo vel ſub condit. vel ex certo temp. confi-
- ciuntur. vbi valet donatio talis, fā ut poſt mortē do- 35  
nataū res reſtituatur: Cum ēt fā ad tempus cer. ū 37  
vel incertum id fieri poſſit, lege ſcilect, que ei im-  
poſita eſt conſeruanda, ut per Bal. in d. l. 3. in princ. bo-  
nae eſt text. in l. ſi actionem, C. de paſt. vbi haſetur: pa-  
Etū fā de non petendo factum aliquibus here- 38  
dibus, non prodeſſe aliis cohæredibus, facit l. Paula  
Callinitio, §. Pompeius, in fin. de leg. 3. & doctrina Bart. in  
l. Qui Rome. §. duo frātēs, n. 2. 4. de verb. oblig. & Bald. in l.  
paſtū quod doſat, n. 9. & seqq. C. de collat.
- Hinc quarto ſequitur, allegata iura, ut puta, d. §.  
reſtat. & alia, non quadrare ad propositum: cum ea  
intelligantur, quando frātēs & ſorores, tanquam  
proximiores gradu, vocantur, ſine alio impedimento, nec interueniunt causæ exclusionis, ex iu-  
re tertii, vt eſt noſtro caſu.
- Facit quinto, quod expreſſa cauſa renūciatio-  
nis, fā fauor ſcilect coſeruatioſis familiæ & agna- 39  
tionis, reſtringit ipsam renūciatioē, l. cum pater,  
§. dulcissimis, de legat. 2. Ang. conf. 190. quia conſensus  
noſtri & renunciantis Magaretha, qui fuīt limita-  
tus, non portiguit, tex. in l. iubemus, C. ad Velleian. ibi.  
renūciatio illas reſeū personas, quib; mulieres conſenſum  
ſuum accommodauerint, coarctat Roman. conf. 131. in fin.  
Limitat enim cauſa, fā limitatum effectum pro- 40  
ducit, & exclusio debet reſtringi ad cauſam eius,  
l. cancellauerat, de his qua in teſtam. delent. late Tirag. in  
tract. ceſſante cauſa, &c. part. 1. n. 147. Sed cauſa noſtræ  
exclusionis temporalis eſt, masculorum exiſten-  
tia. Ea igitur exclusio reſtringi debet vſq; in euen-  
tum defectus masculorum.
- Sexto, ſumitur argumentū fā ceſſatione cauſe 41  
renūciatioſis, ad ceſſat. onem effectus eiusdem:  
ſed expreſſa fā & vnicā eius cauſa eſt: conſeruatio 42  
paterni nominis & familiæ, & quidē ipsius lineæ  
masculinæ deſcedentis. Ceſſate igitur debet iam  
ipsa renūciatio, dum deſtit masculina proles: pa-  
ria enim ſunt fā non eſſe cauſam, & cam eſſe fini- 43  
tam, l. 1. de condit. ſine cauſa. l. nil intereſt, de nautico ſan.  
Tirag. ceſſante cauſa, &c. n. 14. prout etiam exclusionis  
cauſa, cum iſ. ſa exclusione iam ſublata videtur, l.  
ſi inſtituta, l. ſi ſi qui, de inoffi. teſt. Tirag. d. p. 1. n. 96. &  
seq. vbi dicit: Filiam exlusam à ſuſceſſione patris,  
ob fā masculos, admitti, his defiſcientibus, tanquam 44  
ceſſet cauſa reclusionis, per plura ibid. allegata.
- Septimo, nemo negabit, quin tam ſtatuo, quā  
paſto, fā & partiū conuētiōnibus fieri poſſit, pre- 45  
ſertim ſi iuramentū interuenerit, ut filia ſeſmina  
dotata non ſuccedat, quoſq; vel donec ſuperui-  
xerit masculus: Quod vero ſeſminateli fā caſu, ſe-  
mel per masculos exluſe, perpetuo non mancat  
exluſe, ſed finia linea masculina, regreſſum ha-  
beant ad portionem renūciatam, vel à qua per  
ſtatuum, ad tempus, per ſuſpencionem fuerant  
exluſe, teret Bald. in pluribus locis, preſertim cap. 1. §.  
quinetiam, num. 3. Epife. vel Abb. in vſib. feud. l. in quibus,  
Cod. de ſecondis nuptiis. Alex. and. in conſilio decimo ter-  
tio, numero 22. libr. 3. communem dicit eſſe opinio-  
nem. Et conſil. 29. numer. 7. circa med. lib. 1. conf. 53. lib. 4.  
lib. 6. Dec. conſil. 87. num. 1. conſil. 331. in princ. Tirag. d.  
tract. ceſſante cauſa, &c. n. 98. communem dicit ſocim.  
conſil.

consil. 63. col. 1. volumine primo. Villalob. in commun. opin.  
47 verb. filia. num. 60. in fin. abi Fithard. Etidem esse, † si  
proferantur eiusmodi dictiones à contrahentibus,  
vel testatore, probat Bart. int. fin. ad SC. Tertul.  
num. 2. circa med.

Est octauo, cōmuniſ theoreta: In omni dispo-  
48 ſitione & contra ctu, † verba non eſſe otioſa, ſed  
aliquid operari debere, l. i. §. 1. quod quisque iur. leg. ſi  
quando, in princip. de leg. i. Ideo ne dum clauſula, ſed  
ne minimum quidem verbum debet eſſe ſine vir-  
49 tute † aliquid operadi, dicit Bald. in rubric. C. de con-  
trahenda emption. & vend. & l. nec quicquam, §. de plano,  
de offic. pro consul. & legat. Sed ſic eſt, quod niſi verba  
50 illa: † Donec ſupererit Mafculus, &c. p̄tēr id, ſpecial-  
le effectum haberent, quod alias ius commune  
concedit, nihil operarentur: quia etiam ius non  
excludit tali caſu fœminas, proximas gradu à bo-  
nis renunciatis, non ex perſona renunciantis, ſed  
ex perſona propria, ob deſeūtum maſculorum ve-  
nientes. Idque per ſuſſectorium edictum, l. pater  
filium, l. ſi ſi qui, de inoff. teſta. Id quod nec Appellan-  
tes noſtri inficias eunt, dum afferunt, Actrice  
non tam renunciatione quam gradus diſtantia  
51 excludi. Sequitur ergo per verba: † Donec maſculi  
extant, &c. etiam remotioribus conſeruatum eſſe  
regeſſum.

Huic, nono, ſuccedit argumentum, ſumptu-  
à vitādo abſurdo. Si enim ſolum proximitas gra-  
duis reſpicienda eſſet, tum ſequererur, quod iſla  
auia Margaretha, licet ſuperuixiſſet d. Adamum,  
ultimo familiæ, tamen ex reſeruatione ſua regeſſum  
non habuifſet, cum ſorores Adami ſe fuerint  
proximiores. Quod tam dictum abſurdum, quā  
menti renunciantis aduersum eſſet.

Decimo, fruſtra obiicitur ſororum renuncian-  
tium diſparitas, & quod interpretatio ſit facieđa  
52 ex alterius renunciatione. Male enim † infertur de  
vna perſona & re, ad aliam perſonam & tem, cum  
renunciationes ſint ſtricti iuriſ, ut ſupra dictum: li-  
cet etiam iuramentum interceſſerit. Dec. conf. 551. n.  
1. & 9. VVes. conf. 15. n. 4. Tiraq. tract. ceſſante cauſa, limi-  
tat. 8. n. 1. Deinde ſi renunciatio Annæ penitus in-  
ſpicitur, eadem plane diſpositio & mens, ut in re-  
nunciatione Margarethæ, verbiſ quidem clariori-  
bus deprehendetur: præſertim ex prima parte

53 renunciationis, in hiſ verbiſ: † Verzeihe iſch mich  
aller angezeigt erblichen Gerechtigkeit / was vnd wie  
viel mir väterlich/müterlich vnd brüderlich Erb ge-  
bührt / vnd fünfziglich von Mannſtämmen abſteigen-  
der Linien gebühren mögt/derhalben(hic notet re-  
latiuum horum vel eorum hereditariorum iuri-  
um) zu meinem Vatter vnd Mannſtammens in  
abſteigender Linien/dieweil vnd ſo viel dertfelben im  
Leben ſeyn/fein Anforderung noch Gerechtigkeit/ich  
noch mein Erben numer zu ſuchen/ſonder verzichen  
ſeyn/&c. Deficiente ergo linea maſculina, nō vult,  
ſuis iuriibus hæreditariiſ eſſe renunciatiuum: ſicque  
per omnia conforſmes ſunt iſtæ renunciations. Et  
loquitur ſequens clauſula, incipiens: Ob ſich aber  
auf väterlichs/r. de alio caſu, ut ad ſenſum pater.

54 Quod vero (vndecimo) ius ex † Margarethæ

renunciatione ſuſpensum, in neptem tranſmitti  
potuerit, & tranſmiſſum ſit, ex eo patet, quod d.  
Margaretha in ſuccedendo impediata fuſit, non ex  
deſeūtu in trinſeco ſui iuriſ, cum ei fuſit debita  
legitima, ſed ob deſeūtum extrinſecum alterius  
perſonæ, quæ diſſerti & ſuſpendit id ius, quo caſu  
ius ſuſcedendi tranſmittitur. l. ſi quis filium ſuum, C.  
de inoff. teſta. eleganter Bald. in conf. 426. num. 23. part. 3.  
Quotieſcunq; enim † non eſt deſeūtus in iure de-  
ferendi, ſed eſt ſuſpensio in iure agnoscēdi, vel pe-  
tendi, ibi lex diſpenſar, ut fiat trāſmiſſio, ne impe-  
dimentum, quod debet eſſe temporale, & ſuſpenſum, fiat p̄cīſum & perpetuum, l. ventre, de ac-  
quir. hered. Quæ auia Actrice, tanquam ſuſs heres,  
patris Sigismundi, & deinde mater eiusdem Actrice,  
habuerunt in rei impediumentum acciden-  
tis, vel impoientiæ iuriſ vel faſti: ideoque mori-  
etes tranſiſerunt, fac. ext. in l. ſi quis in graui, §. fin. &  
l. seq. ad SC. Syllan. I. a firmis rationibus poſt Bart. &  
Bald. conſulendo coſcludit Ancharan. conf. 220. n. 4.  
& 5. Nec dici pōreſt, quod per mortem Adami de-  
mum quæſitum ſit ius Actrice: ſed quod ius retro  
quæſitum, iam ab ea intentetur, ideoq; ſit tranſiſſibile, l. ex hiſ verbiſ, C. quando dies leg. ced. Retinuit  
enim per ſuſpēſionem interim, dum vixit Anton.  
& Adamus, ius in habitu & potentia, licet non in  
exercitio & ac̄tu, quod ad trāſmittendum ſufficit,  
l. ſi quis filium familiæ, §. i. illud, §. fin. de acquir. hered. d.  
l. ſi quis in graui, cum l. seq. ad Syllan. Sed onus ſuſpenſionis † non admit vel p̄ciuat, aliud namq; eſt ſuſ-  
pendere, aliud tollere, l. ſi vnuſ, §. i. de pac̄. l. cum hic  
ſtatus, §. ſue autem, de donat. inter vir. & vxor. Ita decidit  
Bald. l. conf. 426. n. 4. vol. 3. Quodque iure veteri &  
noſuo † ſuſs transmitat hæreditatem, beneficio 57  
ſuitatis, id eſt, iure domini, quod continuatur et  
iam in ignorantem, probat & veritatem eſſe dicit  
Bald. eamq; communiter ita tenere Doctores Ita-  
liae, in l. ſi fratris, n. 4. C. de iure delib. Et communem  
dicit Dec. conf. 331. n. 5. Alex. conf. 20. num. 1. Et quod ra-  
tione Suiſtat † etiam infans, paternam heredita- 58  
tem non aditam, in quoscunq; etiam extraneos,  
tranſmittat, communi omniam opinione firma-  
tum dicit Roman. conf. 58. poſt princip. & Dec. d. conf. 331.  
n. 6. Corn. conf. 8. in fin. vol. 3. & conf. 219. col. 1. verſ. ſed li-  
cet, eod. volumine.

Cum itaque (duodecimo) hæc ſententia fun-  
data ſit ex iure communī, non opus eſſe puto, Ba-  
uariae conſuetudinis in dagaſatione nos defatigari  
quoniam Reis, † qui non minus in ſubſidiu ſuæ 59  
intentionis, eius loci coſtitudinem, atq; Actrice,  
allegat, probationis onus in culbere potest. Quo-  
rum aſterioni, ſententia priorum iudicū (quos  
procudubio, ſi quæ ibi viget conſuerudo, latere  
non potest) aduersatur, & præumptionem con-  
tra eos efficit.

Tandem ad iſa conſcludendū me mouet, quod  
in tali omnino faſti ſpecie (niſi quod ibi Actrice  
erāt in vno ſaltem gradu proximiores, quam no-  
stra Actrice, iſi deſeūt poſtremo familiæ) co-  
clusit Myſ. conf. 97. per tot. & Anch. conf. 220. etiam  
fere per totum, bonis rationibus, partim ſupra enu-  
ſeſſe per totum, bonis rationibus, partim ſupra enu-

meratis, ita & in specie determinat Bart. in l. fin. ad S.C. Tertull. Quibus accedit supra allegatae autho-  
ritates, præsertim Bald. Alex. Roman. Decii, & aliorum  
plurium, quos notat Tiraq. in l. fin quam, C. de reuot. do-  
nat. verb. suscepit liberos, n. 194. E: his puto etiam fa-  
tis responsum ad præmissa opposita, ne longius  
teratur tempus.

Concludo, ut supra, confirmandam esse priorē  
sententiam, & pronunciandum, bene indicatum,  
male appellatum, cum expensis huius instantiae,  
propter regulam generalem, qua victus victori,  
&c. Nec sufficiens causa pateat, quæ appellantes  
60 possit excusare in hac instantia. Et quia f. fructus  
in hoc petitionis hereditatis iudicio veniunt, iu-  
re, & ex natura Actionis, non officio Iudicis, item  
veniunt, §. fructus, ubi glossa, & l. sed si lego, §. 3. de petit.  
hered. Hi vero in libello primæ instantiae expresse,  
& in specie velutiam in genere non petiti: imo nec  
in priori sententia corum sit facta mentio: ideoq;  
nec opus esse puto, ut specialiter in hac nostra sen-  
tentia eorum adjudicatio fiat, ut per Bald. in l. 5. n. 4.  
C. si quis alter. vel sibi, l. i. n. 14. & 15. C. de fruct. & lit. ex-  
pens. Sed sufficiere confirmationem prioris senten-  
tiae: sicut fructuum designationem ad eam li-  
quidationem, quam sententia prior reservat, co-  
libentius remittere.

*Salutis Dominorum votis.*

D.N. Correferens putat: etiam si renunciatio  
non ita sit facta, propter verbum, donec. Tamē ad-  
mitti eam: Marantham allegat in 10. disputat. per tot.  
concludit cum Referente. Expensas compensat.

#### V O T U M V I I I .

In causa Comptomissi G. vnd T. M.

Contra

Marschalek zu P.

#### S V M M A R I A .

- 1 Actoribus in hoc casu que actiones competant. & n. 4.  
5. & seq. Et cur ea fere omnia ad eundem finem &  
effectum tendant. ibi. n. 7.
- 2 Utile interdictum, vel possidetis, datur pro seruituti-  
bus rusticis.
- 3 Petita vtriusque partis, in hoc casu, utile interdictum,  
vti possidetis, respiciunt, & eo directa sunt, cum ex-  
pressa petitione cautionis.
- 4 Actio in factum, in locum interdictorum succedit.
- 10 Actoribus quibus & quot modis citationis punctum in-  
stificare nitantur, & n. 11. 12. & 13. Circa primum  
discernenda sunt res, n. 14. Item, Fundi complexi li-  
mitibus. n. 15. Et tertio locus, qui die Dieffenbach  
dicitur. n. 16.
- 17 Actoribus ius pascendi sibi vendicare cupiunt; cum diffe-  
rentia ramen. ibi. n. 8.
- 19 Cum testium depositionibus, ita aliis collatis, quid in-  
de colligendum.
- 20 Articuli & depositiones de proprietate in hoc iudicio  
non parum operantur.
- 21 Probatio dominij probest.
- 22 Possessio instificatur per dominij probationem:

- 23 Possessio instificata maxime præualet, Ratio, quia ibi  
potiora iura esse dicuntur.
- 24 Actores in hoc casu qua ope nitantur.
- 25 Arbitratores finium & terminorum in hoc casu qua-  
liter à partibus electi.
- 26 Recursus ab Actoribus per modum Exceptionis, vel Re-  
plica, permitti iuriis proponi potest.
- 27 Actores unde fundarint suam recursum. & num. 30.  
& 32.
- 28 Compromissum fuit à partibus in hoc casu, ut Arbit-  
ratores der gebührlichen unpartheilichen Bil-  
lichkeit nach erkennen solten.
- 29 Nullitas processus sequitur, si forma à partibus pre-  
scripta non serueretur.
- 31 Iniquitas laudi lucet quedam resultaret, ad boni viri  
arbitrium tamen laudum reduci potest.
- 33 Reductio à lando ad boni viri arbitrium spatio trigin-  
ta annorum peri potest.
- 34 Iudicis officium tempore 30. annorum durat.
- 35 Actio hac laudi, quod merito reduci debeat, satis pro-  
presa.
- 36 Pagi Wachenhofen & Alesheim diuersos & sepa-  
ratos fines & terminos habent.
- 37 Ex natura correlatiuorum sequitur, esse terminum, ad  
quem, & cuius respectu dicantur fines.
- 38 Ius pascui, quod Actores Reis fatentur, unde colligitur.
- 39 Nemo presumitur iura & libertates suorum prædi-  
orum iactare, & alteri concedere.
- 40 Partes presumptive non facile consentiunt in com-  
promissarios, nisi prius exploratam ipsorum dexte-  
ritatem habeant.
- 41 Compromissaria quæ.
- 42 Processus arbitratorum, & ipsa substantialis forma  
sententia, sive laudi, sicut Reis ipsosque ruerunt.
- 43 Praesumptione iuris ita factum creditur, cum de alio  
processu inter partes non conuentum sit, quam ve  
arbitratores ex aquo & bono, secundum eorum con-  
scientiam, sine alia probatione procedant & defini-  
ant. Et tali casu renunciarum dicitur solennitatiiu-  
ris positivū quoad probationes. ib. n. 44. Daturque  
actio, de stando dicto sui aduersarij. n. 45.
- 46 Arbitratores si facti veritatem nouerunt, datar actio  
de stando dicto sui aduersarij.
- 47 Iudicare qui potest, sola facti veritate inspecta, iudi-  
cat tanquam Deus, secundum suam conscientiam.
- 48 Arbitrator, cui parres potestatem, secundum suam con-  
scientiam, iudicandi dederunt, in ipsarum preiudi-  
cium iudicare potest sine probatione secundum suam  
conscientiam.
- 49 Arbitrator probationibus persuasi credere potest, I-  
tem, scripture priuate, si verisimiliter videat ita es-  
se faciendum. n. 50.
- 51 De arbitramenti sive laudi forma minime, sed de sta-  
bilitate & equitate eius diu disceperatur.
- 52 Agrorum proprietas & dominium, in quibus ius pa-  
scendi controvexit, ad quos pertinet.
- 53 Wachenhouii iuris præsumptione, suam intentionem,  
quoad ius pascui, eiusque iuris possessorii inter limi-  
tes Alesheimensem, &c. tanquam super iuribus a-  
liorum, habere non possunt fundatam.
- 54 Regula, quoad te, liberas edes habeb.